



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Horologium Spirituale Scholasticorum Societatis Jesu

Dirckinck, Johann

[Osnabrugi, 1696

Precum jaculatoriarum.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55025](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55025)

Valde excelluit in hac arte S. Ignatius, teste Ribad. in vita L. 5. c. 1. eamque nostris optabat esse familiarissimam; ut scilicet è singulis rebus, Conditoris potentiam, sapientiam & bonitatem agnoscerent. Matæus L. 3. c. 1. *Tota mundi moles quasi liber est literis exaratus, deprecans gloriam Dei,* ait S. Basilius. *Et ipsæ species Creaturarum voces sunt quadam Creatorem laudantium,* inquit S. Augustinus in psal. 26.

Praxis I. hujus ascensionis est S. Chrysostomi Ep. 5. ad Theod. *Ut ab experientia rerum tenuium accipiamus de magnis aliquid conjectura. Si quando in balneo fueris nimis effervescente, tum gehenna recordaberis. Si quando febre acriore conflagraveris; ad flammam que illic est, progredere.*

Praxis II. est S. Basilii dicentis: *Panem esitans Largitori gratias rependito, vinum bibens memento Largitoris, qui ad cordis latitiam & infirmorum solamen hoc impertivit. Tunicam indueris; gratias age benigno Authori. Dies abiit; gratias age illi, qui solem non merentibus indulfit.*

Præ-

Praxis III. S. Ignatii Fundatoris nostri,
 qui è plantulæ, frondis, floris, fructûs aut
 vermiculi aspectu super cœlos mox se at-
 tollebat, atq; in minimis Deum maximum
 agnoscebat. Simili ratione S. Franciscus
 Seraphicus ex omnibus creatis ascende-
 bat ad diligendum Deum, exultabat in
 cunctis operibus manuum ejus, contem-
 plabatur in pulchris pulcherrimum, in
 omnibus sibi scalam faciens ad appren-
 dendum Deum, qui est desiderabilis to-
 tus.

*Praxis IV. R. P. Petri Fabri. Si in iti-
 nere transeas, urbem, pagum, arcem nobilem.*
 1. Roga Deum per merita eorum qui ibi-
 dem ei placent, ut misereatur tui. 2. Gra-
 tias age pro beneficiis quæ Deus omnibus ibi-
 dem habitantibus præstitit. 3. Commenda
 eorum necessitates Deo. 4. Peccata illorum
 detestare, & veniam pete. 5. Si ibidem sint
 heretici, hæresin detestare, conversionem
 pete. 6. Animæ illic defunctorum Deo com-
 menda.

*Praxis V. R. P. Nicolai Lancicii. Vides
 aliquos colloquentes, propone servare silen-
 tium. Audis strepitum ventorum savien-
 tium,*

Instructio de visitat. venerab. Sacram. 201
tium, ora pro Navigantibus. Audis in ta-
berna bibentes, saltantes: Dole ob peccata
eorum, pete à Deo ne inebrientur, & si fue-
rint inebriati, ut citò confiteantur. Audis
strepitum & negotiationes secularium, gra-
tias age Deo, quod te à vita seculari liberâ-
rit. Audis pluvia strepitum, si est utilis eo
tempore, gratias Deo age. Opta tot elicere
actus fidei, spei, charitatis, quot gutta deci-
dunt: simulq; gratia divina influxum po-
stula.

* * * * *

HORA V.

Instructio de visitatione

Venerabilis Sacramenti.

I. **L**audabilis consuetudo visitandi Chri-
stum Dominum, præclarum inter
alia medium est varia dona cœlestia & fa-
miliaritatem cum Deo obtinendi: ut ex-
perti sunt S. Thomas, S. Xaverius, S. Bor-
gias, B. Aloysius, P. Alvarez, P. de Ponte,
aliique innumeri, hinc fuere tam assidui in
ea. Sunt enim contestationes honoris & ob-
sequii Regi supremo debiti. Sunt officiosæ
salutationes, quibus amorem nostrum er-